



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 6. Festivitas Transfigurationis Domini solemniter celebrata

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. dentiaæ suæ errorem nondum corrigere
 A.C. 1456. posset.

§. V.

*Invidiosa æmulatio inter Joannem
 Capistranum & Huniadem.*

*Æn. Sylv.
 loc. cit.*

*Spond. hoc
 ann. num. 3.*

Æque Joannes Capistranus, quam Huniades summum Pontificem, atque Imperatorem datis literis de fausto sacri hujus belli successu certiores reddiderunt; cum vero uterque sibi soli partæ victoriæ laudem attribueret, inter eos æmulationis certamen exortum est: Inane prorsus gloriæ studium utroque Viro indignum, quamvis ceteroquin quilibet eorum ob præclaras dotes pari laude celebratissimus esset; quippe pro sua parte Capistranus suis precibus & adhortationibus, Huniades vero manu, fortitudine, atque prudentia plurimum ad hanc victoriam conferebant, certe ampliori adhuc præconio dignissimi, si quisque gloriæ sibi debitæ limites non excessisset.

§. VI.

*Festivitas transfigurationis Domini
 solemniter celebrata.*

Cum Mahometes Belgradensi obsidioni finem imponere coactus esset sexta Aprilis, (*) qua die jam a pluribus
 retro

(*) Verius ex S. Antonino, & Naclero tenemus;

retro annis memoria Domini nostri in ^{Sæcul. XV.}
 monte Thabor transfigurati in quibus- ^{A. C. 1456.}
 dam Ecclesiis celebrari consueverat, Cal-
 listus Papa eandem festivitatem confirma-
 vit, atque ad omnes Christiani Orbis
 Ecclesias extendit, officiumque huic fe-
 sto proprium composuit, concessis pariter
 ad hanc quoque diem iisdem indulgen-
 tiis, quæ festo Corporis Christi alias an-
 nexæ erant.

§. VII.

*Huniadis Transylvaniæ Vaivodæ
obitus.*

Ceterum hi duo præcipui bellicæ hujus *Naucler. ge-*
 expeditionis Duces haud diu Turca- *ner. 49. p. 480*
 rum cladi superstites vixerunt. Hunia-
 des enim intolerabili hujus belli labore
 consumptus in febrim incidit, cujus assi-
 duitas, ac violentia illum die decima Se-
 ptembris in oppido Zemplem vivis eri-
 puit. Tanta erat Viri hujus Religio, ut
 sacram

*tenemus, hanc victoriam jam die 22. Julii
 S. Mariæ Magdalensæ sacra reportatam fuisse,
 cujus & ipsum Callisti diploma de celebratione
 festi transfigurationis testimonium reddit, in
 eo enim legitur: die memorabili S. Mariæ Mag-
 dalensæ coelesti præsidio communitus populus
 Turcam in turpem fugam convertit &c.*